

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 8. Tametsi solus Episcopus sit ordinarius hujus Sacramenti Minister;  
simplex Sacerdos, ex Summi Pontificis commissione, esse potest Minister  
extraordinarius illus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

47. per impositionem manuum nostrarum à Deo Spiritum sanctum percipiant. Similiter Urbanus P<sup>a</sup>pa relatus cap. omnes de Consecrat. dist. 5. Omnes fidèles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum accipere debent, &c. Affirmant denique Concilium VI. Parisiense cap. 33. Concilium Moguntinum anni 1579. c. 17. Remenſe anni 1583. tit. de Confirm. Narbonense anni 1609. aiens, *in hoc Sacramento, quo per impositionem manuum Episcopi Spiritus sanctus diffunditur in corda fidelium, robur & fortitudinem dari*.
48. Nec laudatis Patribus & Concilii contrariis est Eugenius IV. in instructione Armenorum, dicens, quod loco impositionis manuum datur *in Ecclesia Confirmationis*. Non (inquam) per hoc negat Episcopos hodie, sicut Apostolos olim (ut in Actis legitur) per impositionem manuum conferre Spiritum sanctum, sed solum vult id nunc praeflare Episcopos, cum confirmant, quod Apostoli preflabant, cū manus imponebant. Neque enim Eugenius vult Sacramentum Confirmationis in Ecclesia non fuisse Apostolorum tempore, sed id quod tunc impositio manuum vocabatur, nunc Confirmationem dici, idemque Sacramentum nunc dari sub nomine Confirmationis, quod tunc dabatur sub nomine manuum impositionis.
49. Si queras, quænam sit impositionis manuum, per quam datur Spiritus sanctus? an distincta sit ab ea quæ Episcopus baptizatum ungit in fronte?
- Affirmat Joannes Baptista du Hamel de Confirm. cap. 1. sub finem, Spiritum sanctum dari per impositionem manuum, quæ unctionem antevenerit, illam utique quæ Episcopus extensa seu levata manu super baptizatum, dicit orationem: *Omnipotens Deus, &c.* prout referit ex antiquo Sacramentario Gregorii Magni 800. & amplius annorum per Hugonem Menardum edito.
50. Sed in contrarium est quod Spiritus sanctus non decur, nisi dum Confirmationis forma proferatur. Non profertur autem, nisi cū unctio fit. Unde confessio, cum Patribus n. 39. laudatis, impositionem manuum, per quam conferunt propriis effelius hujus Sacramenti, vel eile ipsam unctionem in fronte, vel ab ea non esse sejunctam.
51. Ita proinde est manum impositio, de qua loquuntur Urbanus III. in Epistola Decretal., Eusebius Papa epist. 3. Melchiades P<sup>a</sup>pa in epist. ad Episcopos Hispan. (si tamen iuppeditio non fit) dum Confirmationem, seu Sacramentum Confirmationis vocant *manus impositionem*.
- C A P U T VIII.
- Tameſi ſolus Episcopus fit ordinarius hujus Sacramenti Minister; simplex Sacerdos, ex Summi Pontificis commiſſione, eſſe potest Minister extraordinariorum illius.
52. Olim Episcopum eſſe Ministrum ordinarium Sacramenti Confirmationis Ecclesia declaravit in Concilio Florentino, & Tridentino scilicet, 7. can. 3. de Confirmat.
53. An simplex Sacerdos, ex Summi Pontificis dispensatione, seu commiſſione, eſſe potest extraordinarius Minister illius? controvertitur. Negant S. Bonaventura, Durandus, Major, Adrianus, & nonnulli Scriptores Galii. Quos inter novissime Joannes Baptista du Hamel de Confirmat. cap. 4. Verum affirmativa sententia fundatissima eſt.
54. Primo, quia potior Theologorum Canonistarumque pars illi ſubſcribit, cum S. Thoma q. 72. a. 11. ad 1.
55. Secundum, quia (telle eodem S. Doctore) ex plenitudine potestatis concessis B. Gregorius Papa, Tom. III.
- K
- quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conſeruent. Cū enim l. 3. epift. 9. Gregorius sic statuſiſet: *Presbyteri baptizatos infantes signare facio in frontibus chrysimate non præfumant.* Poſteā intelligens Sardos inde scandalizatos fuſſe, & contubitatos, epift. 26. reſcriptum uero ſequitur: *Pervenit ad nos, quodamſcandalizatos fuſſe, quod Presbyteros chrysimate tangere in fronte eos qui baptizati ſunt, prohibuimus.* Et nos quidem ſecundum uolum veterem Eccleſia noſtra fecimus. Sed ſi omnino de buce re aliqui contriſtantur, ubi Episcopi defunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos tangere chrysimate debeant, concedimus.
- Joannes Baptista du Hamel duo ad hoc reſponſo det: 1<sup>o</sup>. Gregorium non loquitur de uincione confirmatoria, ſed de ea que fit ante Baptiſtum; de ea proinde quæ fit baptizandis, non quæ fit baptizatis. In regio quippe Codice (inquit) ſicut & in Corbeſenti, Victorino, & aliis, ſic legitur: *ut Presbyteri in frontibus baptizandos chrysimate tangere debeant, concedimus.* 2<sup>o</sup>. ſi de baptizatis ibi ſit fermo, dicit uincionem illam in fronte cærimoniale fuſſe, non sacramentale, ſive non fuſſe Sacramentum Confirmationis, ſed cærimoniam in Sardinia uifitam.
- Sed neutrū reſponſo ſubſtit. Non prima: quia accuratissima operum S. Gregorii Ediſio Parifiſis anni 1675. ex trinta quinque ut minimum exemplaribus manuſcriptis emendata (ut in Praefatione monent illius Editionis Authores) cum Gratiano dīſt. 95. c. 1. legit baptizato, non baptizandos. Arque ita poſtulat Gregori ſensus, poſtulant et circumſtant, de quibus ibi gittur. Nam imprimis epift. illa 26. relativa eft ad 9. in qua habetur baptizatos infantes, uiri Gratianus legit, ſicut & Ivo Carnotenti p. 1. c. 264. Deinceſt scandalizationeque Sardorum cauſa fuſſe, quod in Sardinia (à Gracis Imperatoribus iunc occupata) Graci Sacerdotes, more in Graecia uifitato, baptizatos conſiderant, ut videbatur n... Hac ergo de cauſa scandalizatione turbatique fuerunt, quod ibi à Gregorio epift. illa 9. prohibetur, quod a Graecis Sacerdotibus quotidie (nemine prohibente) fieri videbant. Non eft autem veriſimile, Sardos ob ſolam cærimoniam accidentalē libi prohibita ad eſcā scandalizatione fuſſe.
- Secunda etiam reſponſo non ſubſtit: quia manifestum eft Gregorium conſiderare Presbyteris Sardinia ut conſiderat, ubi Episcopi defunt. Id enim perſpicue significant verba illa: *in frontibus baptizatos tangere chrysimate, ſive* (ut epift. 9. Gregorius dicit) *baptizatos infantes signare facio in frontibus chrysimate.* Cum verba illa, communis SS. Patrum loquendi modo, Sacramentum Confirmationis ſignificant. Enimve id ſi de ſola cærimonia baptiſtuali, ſeu alijs non Episcopali ageretur, Gregorius confeſſionem ſuam non imitaſſet ad circumſtantias, ubi Episcopi defunt. Et numquid Hamelius, & qui ex Partientibus cum ipſo ſentiant, Gregori mentem melius affeſciunt, quam S. Thomas; imo inclius quam Eugenius IV. & cum ipso Concilium Florentinum in instructione Armenorum? Arqui dubium non eft, Eugenius & diēlum Concilium ad Gregorii Magni factum attendiſſe, dum dixerunt: *Legitur tamen aliquando per Apostolicę Sedis diſpensationem, simplicem Sacerdotem, chrysimate per Episcopum conſedio, hoc ad ministrare Sacramentum, utique Confirmationis, de quo exprefſi* bi.
- Tertiū affirmativa tententur fundamentum ſumitur ex praxi Eccleſia Orientalis, in qua Presbyteri, non potestate ordinari, ſed delegata, ex generali licentia illius Eccleſia, ſeu Episcoporum illius, valide & licet administrant hoc Sacramentum. De quo teſtimoniū authenticum nobis exhibet Concilium Florentinum, in cuius concluſione

sione, cum varia inter quæstiones Gracis oppositas Eugenius IV. hanc sextam proposuisset: quare Pontifices non inuenerent sacro chrysimate, sed Sacerdotes, cum hoc Pontificibus sit datum? narratur in texu, quod hec a Latinis objecta Mytilinensis canonice omnia, legitimèque dissolvit. Atque adeò legitimas canonicasque istius confuetudinis suæ rationes Mytilenæ exhibuit, ut Eugenius IV. alioque Episcopi Latini iis auditis tacerent, adçque acqueverint, nec ad eam corrigendam Græcos compulerent. Quod utique fecerint, si Confirmationem à Græcis Presbyteris collatam, irritam finaliter censuerint.

**53** Quid autem Presbyteri (apud Græcos) Ecclesia Orientali id ipsi concedente, Sacramentum Confirmationis administrarent, præter Eugenium IV. Gabriel Philadelphus Metropolita in suo de septem Ecclesiæ Sacramentis libello testatur, dicens: Ecclesia Orientalis, non tantum Pontificibus, sed etiam (per ipso) Presbyteri, post sacram baptismatis ceremoniam, benignè annuit, atque concedit, circa ullam culpam, unctionem chrysimatis. Idque propter eum non quis baptizatus ejusmodi gratia privetur, si eum contingat, ut sunt humane res, repentina atque immaturæ morte ex hac vita migrare. Idem testatur Petrus Arcadius l. 2. de concord. Eccle. Orient. & Occident. ubi ostendit, confutidinem illam Græcorum longè ante schismate Photii viguisse.

**54** Scio Innocentius III. cap. quanto de consuet. in respectu ad suum Constantinopoli Vicarium, distincte prohibere, ne simplices Sacerdotes sua temeritate presumant, Sacramentum Confirmationis administrare. Scio quoque Clementem VIII. in sua Constitutione, super quibusdam Græcorum ritibus, §. 1. statuere, ut Presbyteri Græci baptizatos chrysimate in fronte non confingerent.

**55** Verum Innocentius id non prohibet Sacerdotibus Græcis, sed Latinis Constantinopolitum constitutis, ut ex epistola ejusdem ad Lucium, suum Constantinopoli Vicarium (ex qua canon ille despunctus est) Basilius Pontius ostendit; sic enim habet: Dilectionis tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnibus LATINI PRESBYTERIS, apud Constantinopolim constitutis, districte prohibeas, ne talia de cæstro sua temeritate presumant.

**56** Clemens vero loquitur de Presbyteris Græcis inter Latinos commorantibus. Illam quippe Constitutionem ad Latinos Episcopos dirigit, in quorum Dioecesis habitabant Presbyteri Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes.

**57** Quartum affirmatiæ sententia fundamentum petitur ex Concilio Toletano I. statuente Diaconum non chrysimare, sed Presbyterum, absente Episcopo; presente vero, si ab eo fuerit preceptum. Ubi de sola ceremoniali chrysinatione non loquitur (hæc enim Diacono verita nunquam fuit;) loquitur ergo de sacramentali.

**58** Quintum fundamentum petitur ex collectione canonum Martini Episcopi Bracarenis, cap. 51. ubi sic: Presbyter, presente Episcopo, non signat infantes, nisi forte illa ab Episcopo fuerit precepsum. Ubi vox signare veterum usu significat confirmare, ut constat ex epist. I. Innocentii I. cap. 3. de Confirmatione scribentis: de significationis infantibus manifestum est, non ab alio quam ab Episcopis fieri licere.

**59** Sexuum fundamentum sumitur ex Ambrofistro cap. 4. ad Ephesios. Necnon ex Auhore qq. vct. & novi Testam. apud Augustinum, cœlestibus, Presbyteros Ægyptios, per Alexandriam, & totam Ægyptum, si deſit Episcopus, confignare. Utrumque Authorem illum (si non unius idemque, ut hodie opinio est quamplurium eruditorum) quarto saeculo tempore Damasi Papæ floruisse, certum Authores novissima Editio-

nis operam S. Augustini in admonitione ad librum qq. vct. & novi Testam.

Septimum fundamentum petitur ex præs. plur. Romanorum Pontificum, qui simplicibus Sacerdotibus facultatem dederunt administrandi hoc Sacramentum, cum chrysimate per Episcopum benedicto. Id imprimit Adrianum VI. ad instantiam Joannis Gaioponis, & Francisci ab Angelis, Franciscanis in India concessisse, testis est Cardinalis Pallavicinus Histor. Concil. Trid. I. 9. c. 7. aiens legitimè istius concessionis exemplar. Hispali in S. Francisci Monasterio aſſervari.

Nec istud Adriani diploma fuit prima concessio (ait Pallavicinus ibidem) sed antecedentiam confessionum conformatio. Ex his privilegiis antiquissimum quod hodie extat, à Joanne XXII. sijdem Patribus Minoribus concessum est per Orientis ac Septentrionis regiones, quod à quodam Nicolai IV. diplomate adseritur & conformatur, & ad annum 1447. legere est in quinto Volumine Amalium Ordinis, quos accuratè scriptis Lucas Wadingus. . . his omnibus pari fide ac diligentiâ eritis ab Apostolico tabulario.

Aliud ibidem ad annum 1444. adducitur privi- legium Eugenii IV. Ac postmodum idem concessit Leo X. Joanni Gaioponi, & Franciso ab Angelis, de quibus diximus. Reverta ita est: ipsi siquidem in Bulla dilecti Filii, concessum, ut in terris infidelium, in causa necessitatis (Episcopis in Provin- cia non existentibus) Confirmationis Sacramentum, & Ordinationis usque ad minores Ordines, fideli- bus ministrare. . . valeant & possint. In qua con- fessione imitari se dicit predecessor suo Nicolaum I. Joannem XXII. Urbanum V. Eugenium IV. aliquo Romanos Pontifices.

Denique (omisis aliis) Gregorius XIII. Pa- tribus Societatis pariter concessit, ut apud Indos, chrysimate ab Episcopo benedicto, Sacramentum Confirmationis administrare possit; ut videre est apud Basilium Legionensem p. 4. c. 3. n. 6.

Ex his fundamentis conficuntur, administratio- nem Sacramenti Confirmationis a Christo solis Episcopis sic esse concessam, ut Ministri ordinarii, ut simplex Sacerdos illud administrare posset, potestatibz delegata ab Episcopo (quod aio propter aliam Græcorum praxim) præstaret ab Episcopo Episcoporum, qui apud Latinos jus de- legandi illam potestatem Sedi Apostolicae reservavit.

Nec urgenter sunt, quæ Hamelius obicit in 65 contrarium. Utique i. o. quod ministerium hujus Sacramenti ex testimonio veterum Patrum, Conciliorumque, ad folios Episcopos pertinet. 2. o. quod Summus Pontifex ministerium illud simplicibus Sacerdotibus committere nequeat, ne- que ex plenitudine jurisdictionis, neque ex po- testate Ordinis. Non ex plenitudine jurisdictionis: cum administratio hujus Sacramenti ad Ordinem pertinet, non ad jurisdictionem. Neque ex po- testate Ordinis: cum alia non sit, sed eadem po- testa Ordinis in Romano Pontifice, atque in aliis Episcopis.

Hæc (inquam) objecta urgencia non sunt. Non 66 primum: quia licet ex testimonio veterum Patrum, Conciliorumque habemamus, ministerium ordinarium hujus Sacramenti ad folios Episcopos pertinere; nulli Patres, nulla Concilia, nulli veteres Scriptores negant, ex commissione & delegatione Episcopi (ipso Episcopo abente) ac præ- fertim ex delegatione Principis Episcoporum, mi- nisterium illud simplici Sacerdoti convenire posse. Imò contrarium habemus ex Concilio Toletano I. ex facto Gregorii Magni, ex vetustissima praxi Ecclesiæ Orientalis, quam facculo quarto (diu ante schisma Photii) suifi colligunt ex dictis n. 59.

Non urget etiam secundum: ministerium quip- pe hujus Sacramenti S. Pontifex simplici Sacer-

## De Sacramento Confirmationis.

75

doti delegare potest, ex potestate Ordinis. Idque reliqui etiam Episcopi in tuis Decretibus poscent, si Episcoporum Episcopus id sibi apud Latinos non reservasset. Fator itaque, confirmandi potestatem ordinariam, & independentem a quocumque alio, sic Episcopo competere, ratione Ordinis seu Consecrationis Episcopalis. ut ea simplici Sacerdoto, ex vi Ordinis & Consecrationis fidelis non competit, sed solum potestas remota & apostolicalis in quantum Sacerdos ex vi Ordinis sui idoneus est ad hoc, ut ipsi, tamquam delegato, ministerium hujus Sacramentum ab Episcopo committi queat, sine qua delegatione Confirmationis ab illo collata irrita foret & nulla.

## CAPUT IX.

*Non omnia, que exprimuntur in forma Latinorum, tradita a Concilio Florentino, sunt de essentia forma.*

68 **P**robatur, quia non omnia, que exprimuntur in forma illa Latinorum, habentur in forma Graecorum; hac utique *signaculum doni Spiritus sancti*. Sed omnia, que sunt de essentia forma, habentur in forma Graecorum, que cum antiquissima sit, & a Patribus Graecis, ab ipsis etiam sexta Synodo Generali canone 95. tradita, de eius valore rationabile dubium esse non potest. Cum extra dubium sit, apud Graecos validè administrari, & a Patribus Graecis validè administratum fuisse Sacramentum Confirmationis. Quomodo enim Graeci alias nunquam à Latinis de invalida illius administratione fuissent reprehendi? Quomodo Romanæ, sciente & approbante S. Pontifice, in Ecclesia S. Athanasi, sub illa forma Confirmationis Sacramentum permiscerent conferre? Quomodo Romanus Pontifex approbasset sextam Synodum, in qua tradita fuerit invalida Confirmationis forma? Quomodo forma illa permissa fuisset omnibus Graecorum Euchologis inferi? Illam Marcus Ephesius in Concilio Florentino protulit, nec à Latinis reprehensus fuit. Illam examinavit S. Gregorio Cardinalium, ab Urbano VIII. creta ad examinandum Rituale Graecorum, nec quod formam illam reformavit, sed Rituale illud, cum forma illa, recudi permisit.

69 Quae cum ita sint, manifestè sequitur 1<sup>o</sup>. neque distinctam expressionem trium Personarum SS. Trinitatis esse de essentia formæ; neque haec verba, *signo crucis; neque ista, obry/mate salutis;* neque verbum *signo;* neque *confirmo;* neque pronomen *te;* formaliter & expressè possum. Nihil enim horum exprimitur in forma Graecorum. Sed pronomen designans personam confirmatam, & verbum designans actionem Ministrorum, ex tenu Ecclie Graecæ, externaque actionis Ministrorum circumstantia subauditur, ut sensus sit: *Accipe, vel tibi de signaculo doni Spiritus sancti.* Quomodo in hac forma Calicis, apud Lucam: *Hic Calix novum Testamentum in meo sanguine, spectat omnibus, subauditur eis.*

## CAPUT X.

*Subjectum Sacramenti Confirmationis.*

70 **S**ubjectum capax hujus Sacramenti pon est nisi homo baptizatus, nec istud Sacramentum valide recipit, qui non est baptizatus. Quia, ut S. Thomas ait q. 72. a. 6. character Confirmationis ex necessitate presupponit characterem baptismalem, ita scilicet, quod si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, sed oporteret iterari-

to ipsum confirmari post Baptismum. Cujus ratio est, quia sic se habet Confirmation ad Baptismum, sicut augmentum ad generationem. Manifestum est autem, quod nullus potest promoveri in etatem perfectam, nisi primo fuerit natus. Et similiter, nisi primo aliquis fuerit baptizatus, non potest Sacramentum Confirmationis accipere.

Omnis vero homo viator, baptizatus, sive adul- 71 tus, sive infans, est subiectum capax hujus Sacra- menti. cap. omnes de Consecrat. dist. 5. Quod at- tinet ad infantes, olim consuetudo plerumque fuit ipsos statim post Baptismum confirmandi, teste Territoriano I. de Bapt. c. 7. & 8. argue In- nocentio I. epist. ad Decentium. Quae consuetu- do apud Graecos etiamnum perseverat, ut con- stat ex eorum Euchologiis.

Sed hodiernâ Latinorum consuetudine infantes 72 ante septenium non confirmantur. Idque vetant Concilium Mediolanense I. sub S. Carolo Borromeo tit. de his quæ pertineant ad Sacram. Con- firm. Synodus II Cameracensis, Audomarensis, Ipresensis, &c. Enimvero minus expedit ante ratio- nis usum confirmari, inquit Catechismus Roma- nus de Confir. §. 18. inò expedit rationis usum expectari, eo quod ratione utentes majori cum reverentia & fructu Sacramentum illud iudicant, & antea non sit capacitas conficiendi nomen Do- mini.

Ob hanc incapacitatem Marsilius, Valentia, &c. 73 censent perpetuo amentes convenienter non confirmari. Verum S. Thomas q. 72. a. 8. ad 2. Sotus, Sylvius, & Doctores pallii contrasen- tunt. Sunt enim capaces effectus Confirmationis, magnanque ex eo percipiunt utilitatem.

Nec dubium quin periculose iurantibus con- 74 firmandi sint, si pelant. S. Thomas ibidem ad 4. Ut (inquit) in resurrectione perfecti apparcent, secundum illud Ephes. 4. donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram etatis pleni- nudinis Christi. Et ideo Hugo de S. Victore di- cit, omnini periculorum esse, si ab hac vita fine Confirmatione migrare contingere. Non quia dann- naretur (nisi forte proper contemptum) sed quia detinendum perfectionis pataretur. Unde etiam pueri confirmati decedentes majorem g̃oriā con- sequuntur; sicut & hic maiorem ostinent gra- tum.

Propterē laudabilis in Hispania mos est, sup- plicio ultimo afficiendos, confessos & comuni- catos, Sacramento Confirmationis roborare. Vi- validus in Candela, de Extr. U. et n. 41. Quinta- cuenaria flingul. tr. 2. fig. 2. n. 2. Neque enim idē solum quis confirmatur, ut nomen Domini fortiter confiteatur, sed & ut fortiter aggrediatur quidquid ad vitæ christiane perfectionem, atque ad maiorem Dei gloriam pertinet.

Eiam energumē utiliter coi firmantur. Si 75 quidem ex histori fide dignis constat, plerisque ex ipsis hujus Sacramenti iustificatione curatos fuisse, ut videris et apud Basilium Pontium p. 5. c. 1. Et verò S. Bernardus in vita S. Malachiae reficit, puerum lunaticum, hujus Sacramenti iustificatione, à Malcho, Malachiae præceptore, curatum.

Post̄ eos qui adulta jam etate confirmandi sunt, 77 siquidem hujus Sacramenti gratiam & dona con- quis cupiant, nos solū fidem & pietatem adferre, sed & graviora etiam peccata, que admiserunt, ex animo dolere oportet (inquit Catechismus Roma- nus loco citato) que in re laborantium est, ut peccata etiam prius confiteantur (ad hoc quippe te- nentur conscientiam peccati mortalis habentes, ut ex can. ut jejunii de Confir. dist. 5. atque ex Concilio Rothmageni, Turonensi, Remensi, Bituricensi, Aquentii, &c. lib. 1. cap. 23. proba- vimus) & Pastorum cobortatione ad jejunia, & alia pietatis opera incitentur.

K 2